Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Liber Ecclesiastes: prologus

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Explicit parabole Salomonis. Incipit prologus.

Tres (in ecclesiaste) libros Salomonis, id est proverbia, ecclesiasten, cantica canticorum, veteris hebrei

Tres libros salo
monis · i ·
proverbia ·
ecclesiasten
cantica can
ticorum · vete
ris hebr(eae) inspectum auctoritati red
didi: vel inpositis lineis superflua
quaeque designavimus: vel nullo titulo
pronotans ea quae mutilitus habebatur inter
serens. Quo plenius o paula et
eustochium cognoscatis quid in li
bris nostris minus sit quod redundet.
nec non etiam illa quae imperiti translatores
male in linguam nostram de
greco sermone vertunt obliterantes
tans. acantiquis curiosissima ve
ritate correxi. et ubi prepostero or
dine atque perverso sententiarum fu
erat lumen exceptum suis locis
restituens feci intelligi quod late
bat. Porro in eo libro qui a ple
risque dei sapientia salomonis
inscribitur: et in ecclesiastico quem
ihesu filii syrach nullus ignorat
calamo temperavi. tantummodo cano
nicas scripturas vobis emendare
desiderans. et studium meum cer
tis magis quam dubiis commen
dare. Ideo et de greco et de hebreo
praetermissa utraque in hoc libro
permissa est quia non nulla de greco obli
teratione sensus et legentis edi
ficatione vel inserta hebraice translatione
vel extensa vel iuncta sunt et ideo
collegis semper paginam memento.

Explicit prologus. Incipit ecclesiastes.

VERBA
ecclesiastes
filii david
regis ierusalem.
Vanitas
vanitatum
dixit eccle
siastes: va
nitas vanitatum et omnia vanitas.
Quid habet amplius homo de universo la
bore suo quo laborat sub sole. Genera
tio praeterit et generatio advenit: terra autem in
eternum stat. Oritur sol et occidit et
ad locum suum revertitur: ibique renascens re
gyrat per meridiem. et flectitur ad aqui
lonem. Lustrans universa in circuitu per
git spiritus: et in circulos suos revertitur. Omnia
flumina intrant in mare: et mare non re
dundat. Ad locum unde exeunt flumina
revertuntur: ut iterum fluant. Cuncte res
difficiles: non potest eas homo explicare ser
mone. Non saturatur oculus visu: nec au
ris impletur auditu. Quid est quod fuit?
ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est?
ipsum quod faciendum est. Nichil sub sole novum:
nec valet quisquam dicere: ecce hoc recens
est. Iam enim precessit in seculis que fuerunt
ante nos. Non est priorum memoria: sed nec
eorum quidem que postea futura sunt erit
recordatio apud eos qui futuri sunt in no
vissimo. Ego ecclesiastes fui rex is
rahel in ierusalem. et proposui in animo meo
querere et investigare sapienter de
omnibus que fiunt sub sole. Hanc occupa
tionem pessimam dedit deus filiis homi
num ut occuparentur in ea. Vidi cuncta
que fiunt sub sole: et ecce universa vani
tas et afflictio spiritus. Perversi difficile
corriguntur: et stultorum infinitus est numerus.

Explicit parabole Salomonis. Incipit prologus in librum ecclesiasten.

Locutus sum in corde meo dicens. Ecce
magnus effectus sum. et precessi sapientia
omnes qui fuerunt ante me in ierusalem.
et mens mea contemplata est multa
sapienter et didicit. Dedique cor meum
ut scirem prudentiam atque doctrinam
errores quoque et stultitiam. Et agnovi
quod in his quoque esset labor et afflictio
spiritus. eo quod in multa sapientia multa
sit indignatio. et qui addit scientiam
addat et laborem. II
Dixi ergo in corde meo. Vadam
et affluam deliciis et fruar bonis.
et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum
reputavi errorem. et gaudio dixi.
Quid frustra deciperis. Cogitavi in corde
meo abstrahere a vino carnem meam. ut
animum meum transferrem ad sapientiam.
devitaremque stultitiam. donec viderem
quid esset utile filiis hominum. quo facto opus
est sub sole numero dierum vite sue. Magnifi
cavi opera mea. edificavi michi domos.
plantavi vineas. feci hortos et pome
ria. et consevi ea cunctis generibus arborum.
extruxi michi piscinas aquarum ut irri
garem silvam lignorum germinantium.
Possedi servos et ancillas. multamque
familiam habui. armenta quoque et magnos
ovium greges. ultra omnes qui fuerunt an
te me in ierusalem. Coacervavi michi argentum
et aurum. et substantias regum ac provinciarum.
Feci michi cantores et cantatrices. et deli
tias filiorum hominum. Scyphos et urceos
in ministerio ad vina fundenda. et su
pergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me
in ierusalem. Sapientia quoque perseveravit mecum.
et omnia que desideraverunt oculi mei non nega
vi eis. Nec prohibui cor meum quin omni
voluptate frueretur. et oblectaret se in

his que paraverant. Et hanc ratus sum
partem meam. si uterer labore meo.
Cumque me convertissem ad universa o
pera que fecerant manus mee. et ad labo
res in quibus frustra sudaveram. vi
di in omnibus vanitatem et afflictionem ani
mi et nichil permanere sub sole. Transivi ad
contemplandam sapientiam. errores que
et stultitiam. Quid est inquam homo. ut sequi
possit regem factorem suum. Et vidi quia
tantum precederet sapientia stultitiam. quantum
differt lux a tenebris. Sapientis oculi
in capite eius. stultus in tenebris am
bulat. Et didici quod unus utriusque esset interi
tus. et dixi in corde meo. Si unus et
stulti et meus occasus erit. quid michi prodest
quod maiorem sapientie dedi operam. Locu
tusque cum mente mea. animadverti quod hoc
quoque esset vanitas. Non enim erit memoria
sapientis similiter ut stulti in perpetuum.
et futura tempora oblivione cuncta pariter
operient. Moritur doctus similiter
ut indoctus. et idcirco teduit me
vite mee. videns mala esse universa
sub sole. et cuncta vanitatem atque af
flictionem spiritus. Rursus detestatus sum
omnem industriam meam qua sub sole stu
diosissime laboravi. habiturus heredem
post me quem ignoro. utrum sapiens
an stultus futurus sit. et dominabitur
in laboribus meis quibus desudavi et
sollicitus fui. Et est quicquam tam va
num. Unde cessavi. renuntiavitque
cor meum ultra laborare sub sole. Nam
cum alius laboret in sapientia et doctri
na et sollicitudine. homini ocioso quesita
dimittit. Et hoc ergo vanitas. et ma
gnum malum. Quid enim proderit homini de
universo labore suo. et afflictione spiritus

que sub sole cruciatus est. Cuncti dies
eius doloribus et erumpnis pleni sunt:
nec per noctem mente requiescit. Et
hoc quoque nonne vanitas est? Nonne me-
lius est comedere et bibere, et ostendere ani-
me bona de laboribus suis? Et hoc de
manu dei est. Quis ita laborabit
et deliciis affluet ut ego? Homini bono
in conspectu suo dedit deus sapientiam et
scientiam et intelligentiam. peccatori autem
dedit afflictionem et curam superfluam
ut addat et congreget et tradat ei qui
placuit deo. Sed et hoc vanitas et cas-
sa sollicitudo mentis. III

Omnia tempus habent, et suis spa-
ciis transeunt universa sub ce-
lo. Tempus nascendi, et tempus morien-
di. Tempus plantandi, et tempus evellendi
quod plantatum est. Tempus occidendi,
et tempus sanandi. Tempus destruendi,
et tempus edificandi. Tempus flendi, et tempus
ridendi. Tempus plangendi, et tempus
saltandi. Tempus spargendi lapides,
et tempus colligendi. Tempus amplexan-
di, et tempus longe fieri a complexibus.
Tempus acquirendi, et tempus perdendi.
Tempus custodiendi, et tempus abiciendi.
Tempus scindendi, et tempus consuendi.
Tempus tacendi, et tempus loquendi. Tempus
dilectionis, et tempus odii. Tempus belli, et
tempus pacis. Quid habet amplius homo de
labore suo? Vidi afflictionem quam
dedit deus filiis hominum ut distendantur
in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo,
et mundum tradidit disputationi eorum
ut non inveniat homo opus quod operatus est
deus ab initio usque in finem. Et cognovi
quod non esset melius nisi letari et facere
bene in vita sua. Omnis enim homo qui
comedit et bibit, et videt bonum de la-
bore suo, hoc donum dei est. Didici quod omnia
opera que fecit deus perseverent in perpetuum.
Non possumus eis quicquam addere nec
auferre, que fecit deus ut timeatur.
Quod factum est ipsum permanet; que futura sunt
iam fuerunt, et deus instaurat quod abiit.
Vidi sub sole in loco iudicii impietatem,
et in loco iusticie iniquitatem, et dixi in
corde meo: Iustum et impium iudica-
bit deus, et tempus omnis rei tunc erit. Dixi
in corde meo de filiis hominum ut proba-
ret eos deus, et ostenderet similes esse be-
stiis. Idcirco unus est interitus hominis et
iumentorum, et equa utriusque conditio. Si-
cut moritur homo, sic et illa moriuntur.
Similiter spirant omnia, et nichil habet homo iu-
mento amplius. Cuncta subiacent vani-
tati, et omnia pergunt ad unum locum.
De terra facta sunt, et in terram pariter rever-
tuntur. Quis novit si spiritus filiorum Ade
ascendat sursum, et si spiritus iumentorum
descendat deorsum? Et deprehendi
nichil esse melius quam letari hominem in
opere suo, et hanc esse partem illius. Quis
enim eum adducet ut post se futura
cognoscat?

IIII

Verti me
ad alia, et vidi calumpnias que
sub sole geruntur, et lacrimas innocenti-
um, et consolatorem neminem, nec posse
resistere eorum violentie cunctorum auxili-
o destitutos. Et laudavi magis mor-
tuos quam viventes, et feliciorem utroque
iudicavi qui necdum natus est, nec
vidit mala que sub sole fiunt. Rursum
contemplatus sum omnes labores hominum et
industrias, et animadverti patere invidie
proximi. Et in hoc vanitas et cura super-
flua est. Stultus complicat manus suas et

inuidens comedit carnes suas dicens.
Melior est pugillus cum requie quam ple-
na utraque manus cum labore et affli-
ctione animi. Considerans repperi et ali-
am vanitatem sub sole. Unus est et secun-
dum non habet. non filium non fratrem. et tamen laborare non ces-
sat. nec satiantur oculi eius divitiis.
nec recogitat dicens. cui laboro et
fraudo animam meam bonis? In hoc quoque
vanitas est et afflictio pessima. Meli-
us est duos simul esse quam unum. Habent enim
emolumentum societatis sue. Si unus
ceciderit. ab altero fulcietur. Ve soli. quia
cum ceciderit. non habet sublevantem. Et si dor-
mierint duo. fovebuntur mutuo. V-
nus quomodo calefiet? Et si quispiam
prevaluerit contra unum. duo resistent ei.
Funiculus triplex difficile rumpitur.
Melior est puer pauper et sapiens. rege se-
ne et stulto. qui nescit providere in poste-
rum. Quod et de carcere cathenisque interdum
quis egrediatur ad regnum. et alius natus
in regno inopia consumatur. Vidi cunctos
viventes qui ambulant sub sole. cum
adolescente secundo. qui consurget pro eo. In-
finitus est numerus populi. omnium qui fuerunt ante eum.
et qui postea futuri sunt non letabuntur in
eo. Sed et hoc vanitas et afflictio spiritus. Cu-
stodi pedem tuum ingrediens domum dei.
et appropinqua ut audias. Multo enim meli-
or est obedientia. quam stultorum victime.
qui nesciunt quid faciant mali. V
Ne temere quid loquaris. neque cor tu-
um sit velox ad proferendum
sermonem coram deo. Deus enim in celo et
tu super terram. idcirco sint pauci ser-
mones tui. Multas curas sequuntur
somnia. et in multis sermonibus inve-
nitur stultitia. Si quid vovisti deo. ne
moreris reddere. displicet enim ei infidelis
et stulta promissio. Sed quodcumque voveris
redde. Multoque melius est non vovere.
quam post votum promissa non reddere.
Ne dederis os tuum ut peccare faci-
as carnem tuam. neque dicas coram
angelo. non est providentia. ne forte ira-
tus deus super sermones tuos dissipet
cuncta opera manuum tuarum. Ubi sunt
multa somnia. plurime vanita-
tes et sermones innumeri. tu vero
deum time. Si videris calumpnias
egenorum. et violenta iudicia. et sub-
verti iustitiam in provincia. non mi-
reris super hoc negotio. quia excelso alius
excelsior est. et super hos quoque eminentiores
sunt alii. et insuper universe terre rex im-
perat servienti. Avarus non implebitur
pecunia. et qui amat divitias.
fructum non capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas.
Ubi multe sunt opes. multi et qui
comedunt eas. Et quid prodest pos-
sessori. nisi quod cernit divitias oculis
suis. Dulcis est somnus operanti.
sive parum. sive multum comedat.
Saturitas autem divitis. non sinit dor-
mire eum. Est et alia infirmitas
pessima. quam vidi sub sole. Divitie
conservate in malum domini sui. pereunt enim
in afflictione pessima. Generavit fi-
lium. qui in summa egestate erit. Sicut
egressus est nudus de utero matris sue.
sic revertetur. et nichil aufert secum de
labore suo. Miserabilis prorsus infirmi-
tas. quomodo venit. sic revertetur. Quid ergo
prodest ei quod laboravit in ventum? Cun-
ctis diebus vite sue comedit in tene-
bris. et in curis multis. et in erumpna
atque tristitia. Hoc itaque visum est

boni ut comedat quis et bibat et fru
atur letitia ex labore suo quo labo
ravit ipse sub sole numero dierum vite
sue quos dedit ei deus. Et hec est pars illius.
Et omni homini cui dedit deus divi
tias atque substantiam potestatemque ei tribu
it ut comedat ex eis et fruatur parte
sua et letetur de labore suo. hoc est
donum dei. Non enim satis recordabitur
dierum vite sue eo quod deus occupet
deliciis cor eius. VI

Est et aliud malum quod vidi sub
sole et quidem frequens apud homines.
Vir cui dedit deus divitias et substan
tiam et honorem et nichil deest anime eius ex
omnibus que desiderat nec tribuit ei
potestatem deus ut comedat ex eo. sed
homo extraneus vorabit illud. Hoc
vanitas et magna miseria est. Si genu
erit quispiam centum filios et vixerit
multos annos et plures dies etatis
habuerit et anima illius non utatur bonis
substantie sue sepulturaque careat de hoc ego
illo pronuntio quod melior sit abortivus.
Frustra enim venit et pergit ad tenebras
et oblivione delebitur nomen eius. Non
vidit solem neque cognovit distan
tiam boni et mali. Etiam si duobus
milibus annis vixerit et non fuerit per
fruitus bonis. nonne ad unum locum pro
perant omnia? Omnis labor hominis in ore
eius. sed anima illius non implebitur
bonis. Quid habet amplius sapiens a
stulto et quid pauper nisi ut pergat il
luc ubi est vita? Melius est videre quod
cupias quam desiderare quod nescias.
Sed et hoc vanitas est et presumptio spiritus.
Qui futurus est iam vocatum est nomen
eius et scitur quod homo sit et non possit
contra fortiorem se in iudicio contendere. Verba
sunt plurima multamque in disputatione
habentia vanitatem. Quid necesse est homini ma
iora se querere cum ignoret quid conducat
sibi in vita sua numero dierum peregrinati
onis sue et tempore quod velut umbra preterit.
Aut quis poterit ei indicare quid post eum
futurum sub sole sit? Melius est nomen bonum
quam unguenta pretiosa et dies mortis
die nativitatis. Melius est ire ad domum
luctus quam ad domum convivii. In illa
enim finis cunctorum admonetur hominum
et vivens cogitat quid futurum sit. Me
lior est ira risu quia per tristitiam vultus
corrigitur animus delinquentis. Cor sapi
entium ubi tristitia est et cor stultorum
ubi letitia. Melius est a sapiente cor
ripi quam stultorum adulatione decipi.
Quia sicut sonitus spinarum ardentium sub
olla sic risus stulti. Sed et hoc vanitas.
Calumpnia conturbat sapientem et perdet
robur cordis illius. VII

Melior est finis orationis quam principi
um. Melior est patiens arroganti.
Ne sis velox ad irascendum quia ira
in sinu stulti requiescit. Ne dicas
quid putas cause est quod priora tempora me
liora fuere quam nunc sunt. Stulta est enim
huiuscemodi interrogatio. Utilior est sapi
entia cum divitiis et magis prodest videntibus so
lem. Sicut enim protegit sapientia sic proteget
pecunia. Hoc autem plus habet eruditio
et sapientia quod vitam tribuunt possessori
suo. Considera opera dei quod nemo possit
corrigere quem ille despexerit. In die bo
na fruere bonis et malum diem precave.
Sicut enim hanc sic et illam fecit deus ut
non inveniat homo contra eum querimonias
iustas. Hec quoque vidi in diebus vanitatis

mee. Iustus perit in iustitia sua. et impi
us multo vivit tempore in malitia sua.
Noli esse iustus multum neque plus sa
pias quam necesse est ne obstupescas. Ne
impie agas multum et noli esse stultus
ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est
te sustentare iustum, sed et ab illo ne
subtrahas manum tuam. quia qui deum timet
nichil negligit. Sapientia confortabit
sapientem super .x. principes civitatis. Non
est enim homo iustus in terra qui faciat bonum
et non peccet. Sed et cunctis sermonibus qui
dicuntur ne accommodes cor tuum, ne for
te audias servum tuum maledicentem
tibi. Scit enim tua conscientia quia et tu crebro ma
ledixisti aliis. Cuncta temptavi in
sapientia. dixi sapiens efficiar. et ipsa lon
gius recessit a me. multo magis quam
erat. et alta profunditas, quis inveniet
eam? Lustravi universa animo meo ut
scirem et considerarem et quererem sapientiam
et rationem, et ut cognoscerem impietatem
stulti et errorem imprudentium. et
inveni amariorem morte mulierem. que
laqueus venatorum est et sagena cor eius.
vincula sunt manus eius. Qui placet deo
effugiet eam. qui autem peccator est capie
tur ab illa. Ecce hoc inveni, dixit ecclesia
stes unum et alterum ut invenirem rationem quam
adhuc querit anima mea, et non inveni. Vi
rum de mille unum repperi, mulierem ex
omnibus non inveni. Solummodo hoc inveni quod fecerit
deus hominem rectum. et ipse se infinitis
miscuerit questionibus. Quis talis ut sa
piens est, et quis cognovit solutionem verbi.

VIII

Sapientia hominis lucet in
vultu eius, et potentissimus
faciem illius commutabit. Ego os regis
observo, et precepta iuramenti dei. Ne
festines recedere a facie eius, neque per
maneas in opere malo. quia omne quod
voluerit faciet. et sermo illius po
testate plenus est. nec dicere ei quisquam
potest, quare ita facis? Qui custodit
preceptum, non experietur quicquam mali.
Tempus et responsionem cor sapientis in
telligit. Omni negotio tempus est et oppor
tunitas, et multa hominis afflictio, quia
ignorat preterita, et futura nullo scire
potest nuntio. Non est in hominis ditione prohi
bere spiritum, nec habet potestatem in die mor
tis, nec sinitur quiescere ingruente
bello, neque salvabit impietas impium.
Omnia hec consideravi, et dedi cor meum
in cunctis operibus que fiunt sub sole. Inter
dum dominatur homo homini in malum suum.
Vidi impios sepultos, qui etiam cum
adhuc viverent in loco sancto erant, et
laudabantur in civitate quasi iustorum o
perum. sed et hoc vanitas est. Etenim quia non pro
fertur cito contra malos sententia, absque
ullo timore filii hominum perpetrant
mala. Attamen ex eo quod peccator centies
facit malum, et per patientiam sustenta
tur. Ego cognovi quod erit bonum
timentibus deum, qui verentur faciem eius.
Non sit bonum impio, nec prolongentur
dies eius, sed quasi umbra transeant
qui non timent faciem dei. Est et alia va
nitas que fit super terram. Sunt iusti quibus
multa proveniunt quasi opera egerint impi
orum. et sunt impii qui ita securi sunt quasi
iustorum facta habeant. Sed et hoc vanissimum
iudico. Laudavi igitur letitiam quod non
esset bonum homini sub sole nisi quod comede
ret et biberet et gauderet. et hoc solum secum
auferret de labore suo in diebus vite
sue quos dedit ei deus sub sole. et appo

sui cor meum ut scirem sapientiam et
intelligerem distensionem que versatur
in terra. Est homo qui diebus ac noctibus so-
mnum oculis non capit. et intellexi quod
omnium operum dei nullam possit homo inve-
nire rationem eorum que fiunt sub sole.
et quanto plus laboraverit ad querendum
tanto minus inveniat. Etiam si dixerit
sapiens se nosse: non poterit reperire.
Omnia hec tractavi in corde meo ut
curiose intelligerem. VIIII
Sunt iusti atque sapientes et opera
eorum in manu dei. et tamen nescit homo
utrum amore an odio dignus sit
sed omnia in futurum servantur incerta. eo
quod universa eque eveniant iusto et impio.
bono et malo. mundo et immundo. im-
molanti victimas et sacrificia con-
temnenti. Sicut bonus sic et peccator. Ut
periurus ita et ille qui verum deierat. Hoc
est pessimum inter omnia que fiunt sub sole. quia
eadem cunctis eveniunt. Unde et cor-
da filiorum hominum implentur malitia
et contemptu in vita sua. et post hec ad
inferos deducentur. Nemo est qui semper
vivat. et qui huius rei habeat fiduciam. Me-
lior est canis vivus leone mortuo.
Viventes enim sciunt se esse morituros.
mortui vero nichil noverunt amplius. nec ha-
bent ultra mercedem. quia oblivioni tra-
dita est memoria eorum. Amor quoque et odi-
um et invidia simul perierunt. nec habent
partem in hoc seculo. et in opere quod sub sole
geritur. Vade ergo et comede in leticia
panem tuum. et bibe cum gaudio vinum
tuum. quia deo placent opera tua. Omni tempore
sint vestimenta tua candida. et ole-
um de capite tuo non deficiat. Perfruere
vita cum uxore quam diligis cunctis
diebus vite instabilitatis tue qui dati sunt ti-
bi sub sole omni tempore vanitatis tue. Hec
est enim pars in vita et in labore tuo quo labo-
ras sub sole. Quodcumque potest manus tua fa-
cere instanter operare. quia nec opus nec ratio nec
scientia nec sapientia erit apud inferos quo tu
properas. Verti me ad aliud. vidique sub so-
le nec velocium esse cursum nec fortium
bellum. nec sapientium panem. nec doctorum di-
vitias. nec artificum gratiam. sed tempus casum-
que in omnibus. Nescit homo finem suum. sed sicut
pisces capiuntur hamo. et sicut aves com-
prehenduntur laqueo. sic capiuntur homines
tempore malo. cum eis extemplo superve-
nerit. Hanc quoque vidi sub sole sapientiam et
probavi maximam. Civitas parva et pau-
ci in ea viri. venit contra eam rex magnus
et vallavit eam. extruxitque muni-
tiones per gyrum. et perfecta est obsidio.
Inventusque est in ea vir pauper et sapiens
et liberavit urbem per sapientiam suam. et
nullus deinceps recordatus est hominis illius
pauperis. Et dicebam ego. meliorem esse
sapientiam fortitudine. Quomodo ergo sapientia
pauperis contempta est. et verba eius non sunt
audita. Verba sapientium audiuntur in
silentio. plus quam clamor principis inter
stultos. Melior est sapientia quam arma bel-
lica. et qui in uno peccaverit multa bona
Musce morientes. X perdet
perdunt suavitatem unguenti. Pre-
ciosior est sapientia et gloria parva ad tempus stul-
titia. Cor sapientis in dextera eius. et cor
stulti in sinistra illius. Sed et in via stultus
ambulans. cum ipse insipiens sit omnes stul-
tos estimat. Si spiritus potestatem habentis ascen-
derit super te. locum tuum ne dimiseris. quia cu-
ratio cessare faciet peccata maxima. Est
malum quod vidi sub sole quasi per errorem egrediens

a facie principis· positū stultū ī dig
tate sublimi· ⁊ diuites sedē deorsum·
Vidi seruos ī equis· ⁊ principes ambu
lantes q̄si seruos sup̄ terram· Qui fodit
foueam incidet in eam· ⁊ qui dissi
pat sepem· mordebit eum colub̄.
Qui transfert lapides affligetur ī eis·
⁊ qui scindit ligna uulnerabit ab eis·
Si retusum fuerit ferrū· ⁊ h̄ n̄ ut prī
ꝰ s̄ hebetatum fuit multo labore exa
cuetur· ⁊ post industriam sequetur sap̄·
Si mordeat serpens in silentio· nich
co minꝰ h̄t qui occulte detrahit· Vba
oris sapientis gr̄a· ⁊ labia insipientis
p̄cipitabunt eum· Initiū u̇boꝝ eiꝰ
stultitia· ⁊ nouissimū oris illiꝰ error
pessimus· Stultus u̇ba multiplicat·
ignorat hō quid an̄ se fuit· ⁊ q̄d post
futurū ē· quis illi poterit īdicare·
Labor stultoꝝ affliget eos· q̄ nesciūt
in urbem p̄ge̅· Ve t̄ terra cuiꝰ rex puꝰ
ē· ⁊ cuiꝰ principes mane comedunt·
Beata t̄ra cuiꝰ rex nobilꝰ ē· ⁊ cuiꝰ princi
pes uescunt̄ in tempe suo· ad refici
endum· ⁊ n̄ ad luxuriam· In pigri
tiis humiliabit̄ ɔtignatio· ⁊ in infir
mitate manuū p̄stillabit domꝰ.
In risu faciunt panē ac uinū· ut e
pulent̄ bibentes· ⁊ pecunie obediunt
oīa· In cogitatione tua regi ne detrahas·
⁊ in secreto cubiculi tui ne male
dixeris diuiti· q̄r aues celi portabunt
uocem tuam· ⁊ qui h̄t pennas an
nuntiabit sententiam. XI

Mitte panem tuū sup̄ t̄nseuntes
aquas· q̄r post multa t̄pa
inuenies illum· Da partes· vii· nec n̄
⁊ viii· q̄r ignoras quid futuꝝ sit ma
li sup̄ t̄ram· Si replete fuint nubes
ymbrem sup̄ t̄ra effundent· Si ceciderit
lignum ad austrū· aut ad aquilo
nē· ī quocumq; loco ceciderit· ibi erit.
Qui obseruat uentū n̄ seminat· ⁊
qui ɔsiderat nubes nūq̄ metet. Quo
modo ignoras que sit uia sp̄c· ⁊ q̄
rōne ɔpingantur ossa ī uentre
p̄gnantis· sic nescis op̄a dei· qui
fabricator ē oīm· Mane semina
semē tuum· ⁊ uespe ne cesset manꝰ
tua· q̄r nescis q̄d magis oriat̄· hoc
aut illud· Et si utrumq; simlꝰ· meli
erit· Dulce lumē· ⁊ delectabile ē
oculꝰ uidē solem· Si annis multis
uixerit homo· ⁊ in his omībz letus
fuit· meminisse deb; tenebrosi tē
pis· ⁊ dieꝝ multoꝝ· Qui cū uene
rint uanitatis arguent̄ p̄terita.
Letare ergo iuuenis ī adolescentia
tua· ⁊ in bono sit cor tuū· ⁊ ī dieb;
iuuentutis tue· ⁊ ambula ī uiis
cordis tui· ⁊ ī intuitu oculoꝝ tuoꝝ·
⁊ scito q̄d p̄ omnib; his adducet
te dꝰ ī iudiciū· Aufer iram a corde
tuo· ⁊ amoue maliciā a carne
tua· Adolescentia enī ⁊ uoluptas
uana s̄. XII

Memento creatoris tui in dieb; iuuē
tutis tue· an̄q̄m ueniat tempus
afflictiōis tue· ⁊ appropinq̄nt anni
de quib; dicas n̄ michi placent· an̄
q̄m tenebrescat sol· ⁊ lumē ⁊ luna·
⁊ stelle· ⁊ reuertantur nubes post plu
uiā· qn̄ ɔmouebunt̄ custodes do
mꝰ· ⁊ nutabūt uiri fortissimi· ⁊
ociose erūt molētes ī minuto nu
mero· ⁊ tenebrescēt uidētes p̄ foramī
na· ⁊ claudent ostia ī platea ī hu
militate uocis molentis· ⁊ ɔsur

gent ad uocem uolucris. et obsurdescent
omnes filie carminis. excelsa quoque ti
mebunt et formidabunt in uia. flo
rebit amigdalum. impinguabitur lo
custa. et dissipabitur capparis. quoniam ibit homo
in domum eternitatis sue. et circuibunt
in platea plangentes. antequam rumpa
tur funiculus argenteus. et recurrat uit
ta aurea. et conteratur ydria super fontem.
et confringatur rota super cisternam.
et reuertatur puluis in terram suam un
de erat. et spiritus redeat ad deum qui dedit il
lum. Vanitas uanitatum dixit
ecclesiastes. et omnia uanitas. Cumque esset
sapientissimus ecclesiastes. docuit populum
et enarrauit que fecerat. et inuestigans
composuit parabolas multas. Quesiuit
uerba utilia. et conscripsit sermones rec
tissimos ac ueritate plenos. Verba
sapientium sicut stimuli. et quasi claui in
altum defixi. que per magistrorum consilium
data sunt a pastore uno. His am
plius fili mi ne requiras. Facien
di plures libros nullus est finis.
frequensque meditatio carnis af
flictio est. Finem loquendi omnes pariter
audiamus. Deum time et mandata
eius obserua. Hoc est enim omnis homo.
et cuncta que fiunt adducet deus in iudi
cium pro omni errato. siue bonum siue malum
sit. Explicit Ecclesiastes. Incipiunt
cantica canticorum.

Osculetur
me osculo
oris sui.
quia me
liora sunt
ubera tu
a uino.
fraglantia unguentis optimis. O
leum effusum nomen tuum. ideo adolescen
tule dilexerunt te. Vox ecclesie. Tra
he me. post te curremus in odore un
gentorum. Introduxit me rex in cella   tuorum
ria sua. exultabimus et letabimur
in te. memores uberum tuorum super uinum.
Recti diligunt te. Vox synagoge.
Nigra sum sed formosa filie ierusalem.
sicut tabernacula cedar. sicut pelles
salomonis. Nolite me considerare
quod fusca sim. quia decolorauit me sol.
Filii matris mee pugnauerunt contra me. posuerunt   mee
me custodem in uineis. uineam meam
non custodiui. Vox ecclesie. Indica mi
quem diligit anima mea. ubi pascas.
ubi cubes in meridie. ne uagari inci
piam post greges sodalium tuorum.
Vox christi. Si ignoras te o pulchra inter
mulieres. egredere et abi post uestigia
gregum. et pasce hedos tuos. iuxta
tabernacula pastorum. Equitatui meo
in curribus pharaonis. assimilaui te
amica mea. Pulchre sunt gene tu
e sicut turturis. collum tuum sicut moni
lia. Vox amicorum. Murenulas aureas
faciemus tibi. uermiculatas argento.
Vox ecclesie. Dum esset rex in accubitu
suo nardus mea dedit odorem suum.
Fasciculus mirre dilectus meus michi. inter ubera
mea commorabitur. Botrus cypri dilectus
meus michi. in uineis engaddi. Vox christi.
Ecce tu pulchra es amica mea. ecce tu
pulchra. oculi tui columbarum. Vox ecclesie.
Ecce tu pulcher es dilecte mi et decorus.
lectulus noster floridus. tigna domorum no
strarum cedrina. laquearia nostra cypressina.
Ego flos campi. Vox christi. II
et lilium conuallium. Sicut lilium